

Landesbibliothek Oldenburg

Digitalisierung von Drucken

Primae Lineae Doctrinae De Protestatione Cambiali

Hufeland, Gottlieb

Jenae, 1799

VD18 12256064

§. 37. a) Quis protestetur?

urn:nbn:de:gbv:45:1-8845

tionale est, ab omissione facti debitoris indolati pendens *).

§. 36.

4) Confectarium.

Plures protestationes circa idem cambium ob facta diversa, quae vel alium regressum, vel regressu erga quendam perempto, ejusdem usus adversus alium fundant, obvenire et consignari posse omni dubitatione caret **); sed hic omnia ista recensere necessarium non duco.

SECTIO IV.

Solennia interna protestationis cambialis.

§. 37.

1) Quis protestetur?

Protestari s. protestationem instituere (§. 8. not.) dicitur is, qui instrumentum publicum super protestatione conficiendum curat. Est is vel cambii dominus sive etiam alius, qui de juribus suis, cambio vel non acceptato, vel
non

*) Ita rem ordinatam habes in *allg. preufs. LR.* §. 1204. sqq. — Nullius momenti esse videntur, quae in contrarium adduxit LUDOVICI. in *Wechselproc.* cap. 3. §. 13.

*) cf. *Allg. preufs. Landr.* P. II. §. 1060. 1061.



non soluto etc. periclitatur, vel horum mandatarius *). Inter hos autem insignis haec differentia intercedit, quod prior de ius ipsius juribus disponere, ergo in protestatione instituenda vel omittenda liberius agere possit; id quod mandatario, cuius mandatum ad tuenda alterius jura aperte tendit, et qui alias ad omne damnum culpa sua levissima datum refarciendum tenetur **), non aequale licet. Est istud extra omne dubium positum, si propter acceptationem vel solutionem penitus denegatam protestandum est. Si vero acceptatio vel solutio quodammodo conditionalis vel restricta esset; de isto quidem, an particularem solutionem etc. acceptare vel denegare possit, dubitari potest; attamen per se patet, quod, quatenus cambio satisfactum non sit, protestari debeat mandatarius ***); non aequale vero jurium ipse compos, si iisdem renunciare velit (§. 22.)

§. 58.

Quid vero de tertio dicendum, qui in honorem cambii acceptat? num hunc ad protestationem instituendam obligatum censere possumus? Variant maxime circa hanc quaestionem tum leges, tum doctorum opiniones. ****)

Ne-

*) Qui vero speciali mandato ad protestationem instituendam minime indiget, uti jam optime observarunt FRANCK, in iust. j. c. Lib. I. Sect. 4. tit. 1. §. 6. et tit. 2. §. 4. et RICCIUS in exercit. camb. Ex. X. Sect. 5. §. 4.

**) L. 13. et 21. Cod. mandati. PUFENDORF de culpa P. IV. cap. 3. — cf. *allg. preuss. Landr.* P. II. §. 1016. et *Frankfurt. Wechselresponja* P. I. resp. 9, pag. 10. sqq.

***) *Allg. preuss. LR.* P. II. §. 1017.

****) Duplicem hoc casu protestationem exigit e. g. FRANCK in iust. j. camb. L. I. Sect. 3. tit. 3. §. 20.

